



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

IX. Quod non sunt testes vltra tertiam productionem producendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO CHRISTI 1179. ritati: prudentiae tuae volumus innoscere, quod si factum est manifestum, non egit testimoniis depositionibus declarari: cum manifesta, sicut tua non ignorat discretio, probationem vel ordinem iudicarium non requirant. Vnde si manifestum non est, & is qui conuenitur, factum negavit, testes qui interfuerunt facto, ex consuetudine Romanæ ecclesiæ monendi sunt, non cogendi, ad testimonium ferrendum veritati: nisi forte timore aduersæ partis constaret iudicia ferendo testimonio reuocari, licet de rigore humani iuris ad hoc forte possint compelli. Si vero presbyter vel clericus alius aliquem laicum de rebus suis vel ecclesiæ impetrerit, & laicus res ipsas non esse ecclesiæ vel presbyteri, aut clericu, qui eum exinde impedit, sed suas proprias asseuerat, laicus ipse debet de rigore iuris super hoc ad forense iudicium trahi, cum actor semper forum rei sequatur, licet in pluribus partibus aliter de consuetudine fiat.

CAP. VIII.

Idem Salernitano archiepiscopo. Pars capituli, Licet pater.

De cetero laicos in accusationem vel testimonium contra clericum in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum Canonum manifestius edocet: nisi forte suam vel suorum iniuriam persequantur, nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem epistola.*

In causis ecclesiasticis vel ciuilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam solennitate, quæ in legibus inuenitur expressa: & super dictis testimoniis, cum fuerint publicata, potest publice disputari.

CAP. X.

Idem praeposito & canonicis Eburdinensis ecclesiæ.

Cum tu fili præposite, cum quibusdam canonicis tuis, & frater noster venerabilis archiepiscopus pro causa quæ inter vos & ipsum vertebatur, in nostra essetis præsentia constituti, archiepiscopo afferente, quod vos ante appellacionem excommunicasset, & postulante sententiam suam

z. q. i. Ma-
nifesta.

In quo casu
testes co-
gendi.